



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Exercitivm Perfectionis, Et Virtvtvm Christianarvm**

In tres Partes distinctum

**Rodríguez, Alonso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1622**

XV. Num pecuniam sine licentia accipere, Religioso licitum ad eandem in pia opera distribuendam; & quando in hoc contra paupertatis votum peccatus sit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40105**

nostri sit ex voto paupertatis, ad nihil contra voluntatem Superioris usurpan-  
dum & accipendum obligatio, quam ea sic  
ex septimo Decalogi mandato, ad nihil  
domino inuito accipendum.

In easu illo, quem supra de D. Gregorio retulimus, monachus ille, vti refert  
Surius (qui id ex ipsomet originali trans-  
scriptis afferit) nonnisi tres argenteos  
aceperat, & quidem à fratre suo, & ad tunicae coemendam, quam ei Religio  
certo dare debebat, si ei frater illam non  
dedit. & nihilominus censuit Gregori-  
us, hos tunc temporis sufficientem quanti-  
tatem fuisse, ut peccatum mortale con-  
stituerent, ut videre est in castigatione &  
excommunicatione, qua in ipsum ani-  
maduertit.

Tres argen-  
tes fuere s.  
Gregorio  
sufficiens  
materia  
peccatis  
mortalis.

Nauarr. 15.  
3. ist. de fla-  
tumona  
chor. consil.  
3. dub. 3, nu.  
18.

Carthusia-  
nis minor  
transgres-  
sio pauper-  
tatis pecca-  
tum est.

Religioso  
perfec-  
tus cupido  
parua ma-  
teria ma-  
gnasit.

Scriptorum, qui nostra hac ætate scrip-  
serunt, nonnulli, quantitatem notabilem, &  
ad peccatum mortale contravotum pau-  
pertatis incurendum sufficiemt esse  
definiunt tres regales argenteos, alii qua-  
tuor; alii quinque. In Carthusensi vero  
Ordine minorem multo quam hæc, que  
ad peccatum mortale incurendum suffi-  
ciat, quantitatem requirent censem; quan-  
doquidem sufficere dicunt ad aliquem sa-  
cra sepultura priuandum & excommuni-  
candum, vti bene id aduertit Nauareus.

Porro demus, in voto paupertatis la-  
xius paulo nos loqui posse, & trium aut  
quatuor regalium valorem hac in re mate-  
riam leuem esse, & maiorem summi re-  
quiri, ut ad mortale pertingat, vti quidem  
nonnulli censem; ideone se his Religio-  
sus, qui perfectione comparandæ studet, pe-  
riculis & dubiis exponet: nū videlicet quod  
recepit, dedit, vel afferuauit, ad eam quanti-  
tatem pertingat, que ad peccatum mor-  
tale constitendum sat, necne, & num  
ad quatuor vel sex regalium valorem af-  
cendat?

Obsonatores & famuli, qui, dum ne-  
cessaria coemunt, modo quidem quartam  
regalis partem, alias duos obulos, defalcan-  
do sibi referuant, in eo mortaliter non pec-  
cant: quod parua sit quantitas: sed qualis il-  
le futurus est Religiosus, qui ad aliquid q.

mendum destinatus, quartam regalis ar-  
gentei partem deturpare & retinere pre-  
sumit, esto id nonnisi ad veniale pertingat.  
Porro si tu hoc facere non auderes, sed vel-  
ut sacrilegium, & perquam vile & fordi-  
cum duceres: ne ergo quidpiam vel dare,

vel admittere sine maiorum facultate ar-  
tentes, dicendo, paruum & perexiguum id  
esse, nec tale ut ad peccatum mortale per-  
tingat: nam quædam, ut minimū, erit velut  
defalcatio ac surreptio. Quare parua arca-  
mus, magnique faciamus, maxime in te-  
ram graui, atque est hæc ipsa, quæ trium  
essentialium Religionis votorum unum  
concernit. Qui enim in hoc delinqueret  
prævaricari audebit, dicendo, motu aīd  
noxam non fore, in præsentissimo voti  
paupertatis mortaliter violandi periculo  
versatur. Quippe habendi, dandi, recipien-  
di cupido ac desiderium, vehemens qua-  
dam passio est, & naturæ nostræ, que ad  
hoc satis proclivis est, valde conformis; ac  
proinde apprimè hominem excusat & de-  
cipit. Et sapienti, et si certo & indubia-  
tare dicere non possimus, an ad mortale  
crimen prævaricatio pertigerit, id saltem  
certo dicere possumus; dubium esse, mor-  
talene sit an seens. Religiosus autem nimis  
quam accurat cauere debet, ne his se du-  
biis & periculis exponat.

*Quod si non nulli in aliis locis*

## CAP V T. XV.

*Num pecuniam sine licentia ac-  
cipere, Religioso licitum ad ean-  
dem in pia opera distribuendam;  
& quando in hoc contrapauper-  
tatis votum peccati-  
rus fit.*

**E**xigit Societas tantam ut in hac pa-  
upertatis materiæ puritatem & perfe-  
ctionem præferamus, tamque à pecunia  
habenda tractandaq; alieni simus, ut regu-  
la peculiaris nobis yetitū sit, quidquā à pa-  
uperitate.

nitentibus autem alio quocumque petere, vel  
admittere, quod vel in pauperes distribua-  
mus, vel alteri satisfactionis nomine restitu-  
tuimus; adeo ut, esto penitens restituere  
inique parta teneatur, eaque confessario  
non tradere velit, quo legitimo ea domino  
reddat, ipse sine Superioris venia, ea nee  
recipere, nec restituendi curam in se sus-  
cipere possit. Haec autem regula tum in  
summa prudentia & longa experientia, tu  
in doctrina & exemplo factorum funda-  
ta est. Ita quippe expresso faciendum con-  
sulit S. Basilius: ita B. P. N. Franciscus Xa-  
uerius vnicce, idipsum ut obseruaremus,  
commendabat, ut illius in vita legere est:  
ita cum S. Hilarion, quemadmodum in e-  
ius vita S. Hieronymus scribit, vitum lo-  
cupletissimum alegione demonum, à qua  
vexabatur, sanasset, & viro sancto multa  
magna munera in grati animi signum  
offerret, & Hilarione ea constanter repudi-  
ante, vrgerec ut saltem egenis daret, illa  
acciperet; respondit vir Dei, Melius tu ea  
illis date potes, ut pote qui ciuitates fee-  
quentas, & pauperes nosti. Evidem à  
me propriam substantiam abdicari, quid  
ergo alienæ me immisceam?

Nostrum quidem est haec aliaque id ge-  
nus opera proximo consulere, non vero a  
liorum elemosynas dispensare. hoc quippe  
adeo ministeria nostra non adiuuat &  
promouet, ut etiam impedit. Etenim hinc  
sequitur, ut quotidie cateruatum ad domū  
nostrā confluxuri sint, qui iuuari nostra  
opera pecuniaque concredita velint: nec  
duo quidem ianitores satis futuri, ad corū  
postulata ad nos deferenda, responsa, vi-  
cissima referenda: & Pater ille qui hoc in se  
onus suscepit, confessionibus & ministri-  
ris spiritualibus vacare nequeat, quo elemosynarum distributioni yacet. Ipsi quo-  
que Apostoli alias re ipsa experti sunt,  
temporalibus se functionibus debitè non  
posse intendere, sine magno spiritualium,  
quæque maioris momenti erant, dispen-  
dio. Vnde dixere: *Non est aequum nos dereliqueremus verbum Dei, & ministrare mea-  
fis, quare certos quosdam designari viros  
oportuit, qui temporalia curarent, quo i-*

psi totos se animatum cōuersioni possent  
impendere. Existimant nonnulli hanc e-  
leemosynarum dispensationem, optimū  
esse ad proximum lucrificandum, & ad  
Sacramentorum usurpationem pertrahen-  
dum, medium; sed grauissime errant, plus  
namque hinc sequitur dispendii quam cō-  
pendit; quia plures sunt, quibus ad lubitu  
non facias, & qui de te conquerantur, quam  
quibus satisfacias & placeas. Nonnulli qui-  
debat, quia nihil accepunt; alii, quia non  
plura: immò prop̄ omnes queruntur, &  
murmurant, priuatis nos in hac rei dispen-  
satione respectibus moueri, & personarum  
acceptōrum cōfessōrum, dicentes: quin imo in pri-  
uacam nos rem nonnulla putant cōuertere,  
& quodcumq; possumus, in domus no-  
strā r̄sum applicare. Verū enī muero, nō est  
haec bona ad proximo amorem confessio-  
nis inferendum ratio; quin imo haec illis  
occasio est ad factas mendacesque confessio-  
nes instituendas, & sexcenta confessori  
mendacia persuadenda, quo cum ad dan-  
dam sibi elemosynam emoueant & exci-  
tent. Quam ergo non immēto consulit  
Sapiens, ut seniori ac viro prudenti & ex-  
perio credamus, eiusque consilia sequamur.  
Licitum quidem est interdū, cum  
bona Superioris venia aliquid, quod resti-  
tuendum sit, à penitente accipere, ut  
dum res occulta est, quæque non sine  
penitentis probatio & nota restitui potest;  
tunc vero consulunt Doctores (& sane  
non illaudabile consilium est) ut confessio-  
rius chygraphum petat ab eo cui resti-  
tutionem hanc faciet, quo se restetur tan-  
tum ab illo per viam restitutionis, ab ali-  
quo sibi præstande, accepisse; & ut deinde  
lygrapham hanc penitenti, ad maiorem  
tum eius, tum ipsiusmet confessorij, satis-  
factionem consignet. Etsi vero penitens  
nihil horum se velle, confessarioque fidere  
dicat, non propterea hic illud facere negli-  
git: quia gaudebit nihilominus restituens,  
vbi schedulam videbit, itaque ædificabitur,  
& in animo securior erit ac quietior;  
neque ulli exinde oborientur scrupuli  
vel suspicione, utrum res ipsa consti-  
gnata sit necne, uti laboriri solent

*Eccles. 6. 2.*

*Querela  
pauperum  
contra de-  
spensatores  
elemosyn-  
arum.*

P 2 tum,

718  
tum, cum istuc cautionis ac diligentiae  
genus non adhibetur.

Sed, quoniam de obligatione voti pau-  
pertatis hic loqui propositum est, & ad quid  
nos ipsa in rigore obliget: non incongru-  
um erit ostendere, quando quoad hoc con-  
tra votum paupertatis quis peccatus sit,  
quando non; sed tantum contra obedien-  
tiā & contra regulas. In particulari & ex  
professo Theologi hanc questionem pro-  
ponunt, & querunt, Facturūne contra  
sum paupertatis votum sit Religiosus,  
qui Superiori non consulto, aliquas ab ex-  
tero pecunias accipit, non tam sibi, quam  
ut alterius nomine in opera pia, aut quo-  
modounque illi videbitur, dispenset ac  
distribuat? Hoc autem facere, non viderur  
paupertati aduersari: cum eas ipse insu-  
mū vsum non admittat, nec suo nomine  
dispertiatur, sed illius, à quo eadē ac-  
cepit. Questionis portio huius solutiō cū  
hæc, duplīcē videlicet modo aliquem pos-  
se pecuniā, aut aliud quid, ad alseri dan-  
dum, à quopiam accipere. Primo, quando  
ipse mihi dat, ut nomine illius, Petro vel  
Ioanni eisdem, vel in tale, vel tale pium o-  
pus impendam. Atque eius generis est id  
quod Confessarii datur, ut lic restitu-  
tionem aliquam faciant, vel in pauperes quos  
morunt, eleemosynam inde erogent. Qui  
autem in Societate hoc modo ab aliquo  
giam pecunias ad aliis dandas, Superiori  
non concio acciperet, in Regulas nostras  
id fieri expresse (ut supra demonstratum  
est) vetantes, peccaret, non autem in vo-  
tum paupertatis, quia tunc dans pecuniae  
sua dominus manet, camque pro libitu  
dispensat, ego vero solam eius minister  
sum & instrumentum, ut cam ipsius no-  
mine dem, cui dari iussit. At, si det ut li-  
berè, prout mihi videbitur ac placuerit,  
etsi in opera pia, insumam ac disperti-  
tum ipsum recipere, dare ac dispensare si-  
ne Superioris potestate, non contra re-  
gulas solum, verum & contra paupertatis  
votum futurum est. Primo, quia tunc al-  
ter pecunia dominum planè à se abdi-  
cat, arquicillud, quantum est à parte sua,

in me transcribit, vt de ea ipse prout la-  
buerit, disponam: huius verorei Religiosus  
incapax est. Secundo, quia non tantum voto  
paupertatis repugnat, rci cuiusdam se  
fine Superioris licentia dominum ac pro-  
prietarium facere, verum etiam eius vsum  
& liberam administrationem ac dispen-  
sationem usurpare. Hoc namque quidam  
est proprietatis & peculii, quod Religio-  
sum habere è voto paupertatis nefas est,  
modus. Immo docent Theologi, magis  
voto huic aduersari liberum facultatum  
& opum habere vsum, quam dominum  
& proprietatem. Magis quippe Religio-  
sum distrahit, atque ei officit possesso-  
num vsum, quam sine eo illarum aut do-  
minum, aut proprietatis. Vnde etiam b-  
nis, ob quæ Ecclesia & sancti Patres de-  
creuerunt, ne quod Religiosi rerum do-  
minum & proprietatem habere possen-  
sint, vt hac illi ratione ab eorum viu & ad-  
ministracione liberi & expediti forent,  
itaque magis & liberius se divino cultu  
dedicarent: hæ namque curæ magis men-  
tem impediunt ac distrahabunt, quam ipsi-  
met proprietas.

Proinde Religioso, ne in votum pau-  
pertatis delinquit, satis non est pecunie  
dominio & proprietate carere, si liberum  
eiusdem vsum & administrationem, non  
rogato Superiori usurpet. An non, ut be-  
ne notat Dionysius Carthusianus, si di-  
gnum se facere patet ille, cui satis scrip-  
tio dementi quem haberet, culti gladi-  
ue proprietatem & dominium auferre, v-  
sum vero illius ei interea liberum relin-  
queret? Non minus stolidi atque deridi-  
di sunt religiosi illi, qui, esse alienæ pecu-  
niæ dominium & proprietatem non habeant,  
vsum tamen & dispensationem sibi arro-  
gant: quod enim in diuitijs maximè di-  
strahiunt, detrimentosum ac noxiū  
est. id sibi sumunt & usurpat. Immo  
vero censem nonnulli, etiam primo casto  
contra paupertatis votum peccari, co-  
quod & tunc pecuniae aut aliud eis aqui-  
valens, sine Superioris venia, possidcan-  
tur ac distribuantur: esto leuissimum id m-  
agis

*Religiosus  
accipiens  
pecunias,  
ut eas pau-  
peribus  
det, quando  
et quomo-  
do peccet.*

*AR. 65.  
12. Inst.  
Moral. C.  
10. §. 4.*

teriam fore, nec ad mortale crimen pernentur, cum statim in alios ea dantur, existent.

Hinc inferri colligique responsio potest ad casum quandam fatis obvium; num videlicet contra votum paupertatis peccatus sit Religiosus, qui, non petita a Superiori licentia, ab alio pecuniam aut elemosynam in aliquius consanguinei, penitentis & amici sui usum petat, & accipit, & alii donat, vel dantem, ut iis donet au-

mittar, rogat? Dico ergo, si Religiosus, tale quid exigens, aut admittens, id sibi accipiter, eius se Dominum faciendo, vel adeo vtendum, in paupertatis votum delictum: tametsi id alioquin sit consanguineo & amico daturus & ipsius, & de facto etiam postea det vel mittat, siue per se, siue mediante alio, & nomine tertij. At, si id sibi non accepte, sed aperte edicat, Ego tale quid opus non habeo, neq; mihi possum accipere, sed, si Petro vel Paulo illud dare velis, aut mihi, ut ipse dein illi id in tuo nomine dem vel mittam, caritatem mihi & rem gratissimam feceris; tunc id minime contra paupertatis votum fore; tametsi id alius illius intuitu faciat, & ipse etiam propterea danti gratias agat: quia id ipse non tam sibi arrogat, aut eius se Dominum facit, quam tantum voluntatis alterius executorem, & lenem, ut dans hanc voluntatem habeat, & donationem illam faciat, intercessorem. Multo vero minus paupertatis voto repugnat, si alium quis roget, ut suo proprio nomine tibi vel tali quid det vel mittat, et si accipiens sciat vel intelligat, id sibi Religiosi intercessione & patrocinio dari. Ceterum, quamuis aperte contra votum paupertatis non sit, hisce in sebus Superioris consensum & beneplacitum non exquirere, multa tamen hoc secum trahere inconvenientia solet; ut omniam periculum praesens esse, ne quid hac ratione contra votum paupertatis committatur, quod homo non semper ita circumspecte agat, nec tam minute inquirat, num dans id mihi det, vel, sicut id ego recipio; num id dem in nomine meo, an aliisnum aliis id det, an ego. Præsertim

quod pecuniarum habendarum tractandarumque, & rerum distribuendarum ac dispensandarum cupiditas ac desiderium, sponumero (vti superiori capite dicere memini) hominem excusare, &c, sub aliquarum rationum apparentium colore & prætextu, impellere soleat, quædam ut faciat, quæ directe votum paupertatis impugnat. Quamobrem tam hæc, quam alia id genus, cumprimis timere & declinare debemus, ne de nobis dici contingat,

quod olim Senatori cuidam, qui mundum

& una senatoriam dignitatem deseruerat,

Monastryoque se addixerat, sed quædam

de possessionibus suis pristinis retinuerat,

ne suis, virtus comparandi ergo, uti cæteri

monachi solebant, manibus laborare co-

gererut, respondisse Magnum Basilium

refert Cassianus, dum dicchet, Et senato-

rem perdidisti, & monachum non egisti: Id

est, nec Senator es, nec monachus.

Cassian.

lib. 7. c. 19.

& in vobis

Patrum.

lib. 4. de

pauperte.

## C A P V T XVI.

*In quo, que diæta sunt, exem-*

*plis quibusdam confir-*

*mantur.*

**M**onachus quidam in Nitria, de iis quæ labore manuum viatum sibi comparabant, pecuniolæ cuiudam coaceruanda cupidine laborare cœpit, ut refert S. Hieronymus, ad Eustochium scribens. Erat lini textor: ergo cupiditate hac actus, suo in opere nimium quantum festinabat, & parum comedebat. Vnde ex hac parsimonia tandem factum, ut centum solidos (id est nostre moneta: centum aureos) congeriebat: quibus collectis vita funetus est. Ut ergo ad eum sepiendum vicini fratres conuenere, argentum hoc inuenierunt, mirati, concilioque coacto consultarunt quid hic factio opus foret, & quid de illa fieret pecunia. Habitabant autem in vicinia circum circa, plus minus quinque mo-

P. 3. nacho-

Epist. ad  
Eustoch. de  
eustoch. vte-  
ginit.